



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

Seculum III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

terno Ubiorum sacra pascua pastor excoluit D. Paulinus Martyrio gloriosus ; cui tamen adversantur verba Colonix notissima hæc :

Pastorale Pedum , quis post hæc rexerit urbis
Agrippæ Veterum nil monumenta docent.

Jmò quis ordine tertius Coloniensium Coetum direxerit Præful Colonix maximus , his pariter verbis indicant abundè Colonienses :

Tempus edax rerum rapuit quoque nomen & acta ,
Tertius Antistes , queis celebrandus erat.

Nihilominus Stangefolius ex antiquo Chronico perhibere conatus est , loco tertio inter Episcopos Colonienses venisse *Charientium* nomine ; alii verò ab hoc diversi contendunt , tertium Ubiorum Episcopum *Marcellum* fuisse appellatum ; at præter nomen & seculi II. finem posteris relictum , ajunt nihil.

S E C U L U M III.

IV. D. AQUILINVS.

DUm Alexander Severus Imperii fasces tenuit , & hujus Augusta Genitrix Mammea , teste D. Hieronymo , Ecclesiam Orthodoxam honoravit , interea Coloniæ D. Aquilinus illustravit , & virtutum , & doctrinæ Christianæ radiis , quos auxisse plurimùm ea ætate ferunt D. Ursulam , inter Virgines Anglicanas Principem à D. Aquilino , & ministris Sacerdotibus Colonix , unà cum Virginum choro numerosissimo sepultam. Verùm non immeritò contradixere huic de D. Ursula narrationi Scriptores & Lectores plurimi , probè gnari , seductos fors multos esse *Maximini* nomine , pro quo legendum esse docent nomen *Maximi* tyranni , adversus Gratianum Imperatorem seculo IV. an. 83. in Anglia , Gallia , & tan-

dem etiam Italia sævientis. Cæterùm annis 48. Coloniense Pe-
dum rexisse traditur.

V. LEVVOLDVS.

Tametſi Levvoldus in Coloniensium Serie haud inveniatur
testibus his verbis:

Rurfus in exitium dum vertunt scepra tyranni,
Quintum Ubii nomen Præſulis interiit.

Ab aliis tamen, & quidem Heterodoxis Scriptoribus in præ-
ſenti Serie haud est omiſſus. Facinora verò oblivioni dederunt
tempora iniquiſſima, quibus triginta ſimul ex Romanis belli
Ducibus contra Gallienum Imperatorem Romanum ambièrunt
ſceprum, à ſuis quiſque partibus proclamatus Imperator. An-
nis 42. ſediſſe creditur.

SECVLVM IV.

VI. MATERNVS II.

Jmpicante Constantino M. atque in Galliis pugnante, inter
illos numeratus eſt Maternus Patres, qui contra Donatiſtas
arbitri dixère ſententias. Idem quoque cum Diacono ſuo
Martino, vel Macrino nomine interfuit Concilio Arelatenſi an.
314. in Gallia celebrato contra eodem Donatiſtas. Sedit an. 35.

VII. EUPHRATES.

Euphrates adfuit Synodo Sardicæ in Illyrico an. 345. cele-
bratæ, ubi teſtibus multis documenta dedit multa inno-
centiſſimæ vitæ, præſertim verò caſtimoniæ. Utinam
reliquiſſet etiam ſigna illuſtriora inſignis constantiæ: dum enim
Aria-